



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

15. Aprilis. 17. Cal. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

*accipere, beatius iudicans: ignoscere  
facilis, ulcisci penitus non acquiescens:  
& per omnia proximorum aequè ut  
proprias respiciens necessitates?*



15. Aprilis. 17. Cal. Maij.

*Transit  
ad Cla-  
ram  
vallem  
anno  
1121.*

**B. GODUINE:** qui cùm in mona-  
sterio Aquiscincti diu pijssimè sub  
disciplina sancti Legislatoris Benedi-  
cti vixisset; cupiditate amplioris pro-  
fectus, & sancti P. BERNARDI amo-  
re, ad Claramvallem transijsti; ibique

breui temporis intervallo, ab eodem  
dulcissimo Patre in cœlum trãsmisus,  
meruisti inter beatos ejus filios nume-  
rari: prout ipse in datis ad contrista-  
tum ex tuo discessu Abbatem tuum li-  
teris gloriatur. *Utinam ego tuum profi-  
ciendi desiderium imitari, & sic vitam in-  
stituere satagam; ut Mellifluus Parens a-  
liquando de me dicat, quod de te jam mor-  
tuo scripsit, epist. 65. [ Meus erat vivus,  
meus erit defunctus, meum in patria re-  
cognoscam. ]*

*Circa  
annum  
1116.*

**B. CHRISTINA,** DEO & homi-  
nibus amabilis virgo, in monasterio S.  
Waldburgis prope Coloniam, Institu-  
tum Cisterciense professa: cujus puris-  
simam



simam animam adeò diligebat Virgini-  
 num sponsus, ut unà cum sacratissima, *Christi*  
 quam habuit in terris, familia, MARIA *Nati-*  
 Matre, & Nutritio Josepho, ad te de- *vitas ei*  
 scenderit; ac præter alios favores, *cælitus*  
 jucundissimam scenam suæ Nativita- *ostendi-*  
 tis oculis tuis exhibuerit. Quo specta- *tur.*  
 culo ita divino amore succensa es, ut  
 vitæ præsentis tædio, cælo importu-  
 na esse non desieris; donec de mortis  
 adventu præmonita, felicem ingres-  
 sum obtinueris. *Inspiciam & ego piæ*  
 meditationis oculis immensum Redemptio- *Medita-*  
 nis meæ beneficium: ut per hanc pietatem *tio my-*  
 & augeatur in me amor Dei, & terrestris *sterij*  
 illa sanctissima *Trias invocantur ad impo-* *redem-*  
 bendum mihi in necessitatibus meis auxi- *ptionis*  
 lium.

S. BERNARDUS, *Serm. 20. in Cant.*

Adstet oranti, Hominis Dei sacra *& alio-*  
 imago aut nascentis, aut lactentis, *rum, o-*  
 aut docentis, aut morientis, aut resur- *rantem*  
 gentis, aut ascendentis, & quidquid *juvant.*  
 tale occurrerit: vel stringat, necesse  
 est, in amorem virtutum; vel carnis  
 exturbet vitia, fuget illecebras, desi-  
 deria sedet.

26. Apri-